Señor Francisco Rivas—
Recuerdo del Autor=
Raul Porras

Damaged Pages:

Throughout

MEMORIA

SOBRE LA SANGRIA

Por Manuel Pórras,

Con el objeto de optar al grado de Licenciado

EN LAS CIENCIAS MEDICAS.



CARACAS:

En la imprenta de Valentin Espinal.

1842.

La sangre no solamente es un estimulante, sino tambien una sustancia animada, parte constituyente de la vida, y por decirlo así, un órgano líquido. = Hufeland.

A los Señores

JOSE HILARIO PARRA Y JOSE GONELL

Dedica la presente Memoria

SU VERDADERO AMIGO

Manuel Porras.

DE PHLEBOTOMIA.



ITA dicitur hæc operatio, quæ aliquam é corpore humano sanguinis quantitatem elicit; id verò tribus modis efficimus, vel sitas sub tergore phlebes secando (phlebotomia), vel equidem minores arterias (arteriotomia), vel denique amborum systematum extrema capillaria: tum primus, tum secundus, *phlebotomia generalis* appellantur, ac ultimus *topica seu capillaris.* Neutiquam phænomena à generali phlebotomia producta ipsa sunt quàm à locali, idcirco eis indiscriminatim non utendum. Plethoricis subjectis, sanguineâque præditis constitutione, in phlegmatiarum initio, si vehementes febrique comitatæ sint, cùm impugnant organis summò vascularibus ac innervatis, vitæ necessariis et ad circulationis nervorumque centra valdè proximis, generalis venæ-sectio ampliùs congruet: præterea in organorum inflammatione, quæ, etsi parùm vascularia, tamen aliis essentialibus et hac proprietate fruentibus nexa sunt: in magnis hæmorrhagiis naturæ phlogisticæ, et tandem cùm in circulatione ingentûm vasorum sit aliquis obex. Localium utilitas ostenditur in individuis ob alias ægritudines debilitatis, in nervosis et lymphaticis post generalium usum, et modò deceat sanguinis depromptio: in chronicis phlegmatiis, et in iis organorum parvi momenti et à corde cerebroque distantium, dummodò circunscripta sit phlegmatia et constitutionem nec afficiat; cùmque fluxum suppressum restitui exoptetur.

In venis subcutaneis locatis supra faciem palmeam brachii juncturæ cum ante-brachio, in eis quæ sunt ante-brachio, manui, tibiæ ac pedi; et interdùm in raninis, oculi angulari, frontali, penisque dorsuali, frequenter phlebotomia fit. Arteriotomia verò in temporum arteria, aut ejus ramicum; et topicæ phlebotomiæ in pelli, textilique cellari subcutaneo, in puncto quem eligat medicus juxta indicationem adimplendam, ad hoc hirudinibus, scarificationibus aut puncturis utendo. Quantitas sanguinis deprompta convariatur, nam hæc à robore inflammationis organi quod patitur, complexione, viribus, ætate, sexu, &ª individui pendet. Verumtamen, nec minus duarum unciarum, nec plus trium librarum una vice depromi jubetur: numerus vicium, quibus per viginti quatuor horas repetitur, etiam versabilis est; sed nunquam in quinque perveniunt, et crebrò in desperatis casibus duæ sufficiunt.

Tenerrimis in pueris una vel duæ hirudines adhibentur, in adultis octoginta etiamque nonaginta: earum applicatio per diem semel iterari valet, multoties in cujusque phlegmatiæ decursu.

In animali œconomia, quorum cognitio magnoperè interest, phlebotomiæ tum generali, tum topicæ, constantia ac perspicua phænomena subsequuntur. Imprimis inhærentia venæ-sectioni generali exponemus.

Primum. *Quantitatem sanguinis minuere.* Hic effectus constantèr ac proximè apparet, siquidem in egestione sanguinis partis consistit, ac multo-

DE LA SANGRIA.



ESTA es una operacion por la cual se extrae del cuerpo humano una porcion cualquiera de sangre; lo que conseguimos ya abriendo las venas subcutáneas (flebotomía), ya las arterias menores (arteriotomía), ya en fin, las extremidades capilares de ambos sistemas; las dos primeras se designan con el nombre de sangría general, y la última con el de capilar ó local. No son iguales los efectos producidos por la sangría general á los de la local; por lo que no deben usarse indistintamente. La sangría general convendrá mas en los individuos pletóricos, de temperamento sanguíneo, al principio de las inflamaciones, si estas son violentas y excitan fiebre, cuando atacan órganos muy vasculares é innervados, interesantes á la vida y muy cerca de los centros circulatorio ó nervioso: en la flegmasía de los órganos que, aunque poco vasculares, tienen sin embargo, conexion con otros importantes y que gozan de esta propiedad: en las hemorragias considerables de carácter flogístico y cuando hay obstáculo en la circulacion de los grandes vasos. Son útiles las sangrías locales en los individuos debilitados por otras enfermedades, en los nerviosos y linfáticos, despues que se hayan usado las generales y sea conveniente la extraccion de sangre: en las inflamaciones crónicas, en las de órganos poco importantes y distantes del corazon y del cerebro, siempre que la flegmasía esté circunscrita y no afecte la constitucion; y cuando se desee restablecer un flujo suprimido.

La flebotomía se practica regularmente en las venas subcutáneas situadas en el aspecto palmar de la union del brazo con el antebrazo, en las del antebrazo, mano, pierna y pie; y algunas veces en las raninas, angular del ojo, frontal, y en la dorsal del pene. La arteriotomía se ejecuta en la arteria temporal, ó en una de sus ramas; y las sangrías locales en la piel y tejido celular subcutáneo del punto que elija el médico segun la indicacion que tiene que llenar, valiéndose de las sanguijuelas, escarificaciones ó picaduras. La cantidad de sangre que se extrae no es constante pues depende de la intensidad de la inflamacion, del órgano afectado, del temperamento, fuerzas, edad, sexo, &c., del individuo. Con todo, nunca se mandan sacar menos de dos onzas, ni mas de tres libras de una sola vez: el número de ocasiones que se repite en veinticuatro horas tampoco es fijo, pero jamas pasan de cuatro, bastando regularmente dos en los casos mas desesperados.

Las sanguijuelas se aplican una ó dos en los niños muy tiernos y hasta ochenta y noventa en los adultos; puede repetirse su aplicacion una vez en las veinticuatro horas y muchas en el curso de una flegmasía.

La sangría general así como la local son seguidas de efectos constantes y evidentes en la economía animal, los cuales importa mucho conocer. Principiaremos por los de la sangría general.

Primero. *Disminuir la cantidad de sangre.* Este efecto siempre es constante é inmediato, puesto que la sangría consiste en la extraccion de una cantidad de sangre, y muchas veces el práctico no lleva otra indica-

ties votum practici nil aliud est quàm humorum massam minorem reddere, utpotè in plethora et phlebotomiis præparantibus attingit.

Secundum. *Pulsum plùs exiguum, debiliorem et aliquando magis celerem reddere.* Quoniam arteriæ contractio debetur stimulo, quod sanguis in ea producit, et hoc stimulum rationem venæ liquidæ per eam decurrentis sequitur, invictè patet arteriam minùs incitatam languidiùs sese contracturam, et ipso tempore non præbituram volumen quod statu repletionis illi erat. Interdùm velocior devenit, nam vitæ robur tollendo venæ-sectio non patitur, ut contractio arteriæ sit satis valida ad ejiciendum omnem sanguinem, qui in ejus cavo invenitur, cùmque iste continuò affluat, necesse est ut virium defectum contractionum multiplicitas adimpleat. Tamen hic effectus, ut primo intuitu videtur, non perennis est: plurimis enim phlegmatiis, quarum pulsus parvus et contractus erat, phlæbotomiæ influxu, plenus regularisque vertitur, ut in abdominis phlegmatiis notatur.

Tertium. *Calorem diminuere.* Ex fontibus calorificationis humani corporis una ac præcipua circulatio est, et hæccine eò plus caloris emittet, quò major sanguinis massa sit, velociùsque deambulet; et, ut jam vidimus, cùm phlebotomiæ sint inmediati effectus massæ sanguineæ inminutio ac circulationis mora; abs dubio caloris diminutionem progenerare debent.

Quartum. *Gignendo revulsionem, circulationem locum versus determinatum impellere.* Cùm aliquam scindimus venam, sanguis quem illa continebat, statim elicitur, et natura vacuum vitando, sanguinem membri, ubi facta venæ-sectio fuit, in venam apertam ex arteriis efficit affluere; sanguis membri arterialis opportunè suppletur ab eo truncorum ex quibus suam originem ducunt, hi ab aliis recipiunt majoribus, isti ex corde quod ex toto systemate capit. Ex quo quidem sequitur in membro, quo phlebotomia sublata, fluxionis esse centrum, et ubi circulatio, œconomiæ impensis, majore activitate gaudet. Ex dictis patet circulationem constantèr dirigi ad membrum, ubi phlebotomia exercita fuit, et indifferenter cruorem non egerendum, ut in brachii pedisque phlebotomia aperitur, nam prima validum medicamen est ad hæmorrhagias uteri cohibendas ectromati præeuntes; at secunda illud sæpiùs excitat.

Quintum. *Contractilitatem et sensibilitatem minuere, ideòque vitam infirmare.* Hisce duabus proprietatibus, in quibus nititur vitalitas, nervorum systema imperat: sanguis illud systema alens simul incitat ad hoc ut suis muneribus fungatur; itaque dispositione felice, hæc systemata sibi opitulantur, ac invicem nituntur, seque suis in operationibus concitant. Tum cerebro, cum nervis arterias mittens cor, nutrimentum et etiam vitam illis mittit, necessaria ejus officiorum ad impletionem; cordi cæterisque organis nervos mittens cerebrum, his donat contractilitatis vim, eaque sensibilia reddit: itaque quodlibet alterius damnum ex duobus systematibus, extemplò in alterum æquè patiens recidit. Quomodo autem per egestionem hujus sanguinis circulationem minuendo, contractilitas ac sensibilitas, ad nervorum systema attinentes, et proinde vitæ labes venit, ex dictis jam concipimus.

Sextum. *Spasmum deprimere.* Hic effectus subsequens prioris est, aut

cion que la de disminuir la masa de los humores, como sucede en la plétora y en las sangrías preparatorias.

Segundo. *Hacer el pulso mas pequeño y menos fuerte y á veces mas veloz.* Como la contraccion de la arteria es debida al estímulo que en ella produce la sangre, y este estímulo es proporcional á la vena líquida que por ella circula, es constante que siendo la arteria menos excitada se contraerá con menos fuerza, al mismo tiempo que no afectará el volúmen que tenia en el estado de replesion. Vuélvese algunas veces mas veloz porque debilitando la sangría la vida, no permite que la contraccion de la arteria sea suficientemente vigorosa para expeler toda la sangre que hay en su calibre, y como esta no deja de afluir es preciso que la falta de fuerzas se supla con la multiplicidad de las contracciones. Sin embargo no es este efecto tan constante como á primera vista parece, pues en muchas flegmasías el pulso de pequeño y contraido se convierte en lleno y regular á beneficio de la sangría, como se observa en las inflamaciones ventrales.

Tercero. *Disminuir el calor.* Una de las principales fuentes de calorificacion del cuerpo humano es la circulacion, y esta producirá tanto mas calor cuanta mayor cantidad de sangre haya, y mas velozmente circule; y siendo como hemos visto los efectos inmediatos de la sangría la diminucion de la masa sanguínea y la rémora de la circulacion, deben tener por resultado fijo la diminucion del calor.

Cuarto. *Hacer dirigir la circulacion á un punto determinado, produciendo una revulsion.* Cuando abrimos una vena, pronto se vacía la sangre que contenia, y la naturaleza para evitar el vacío hace afluir la sangre de las arterias del miembro en que se ha efectuado la sangría hácia la vena abierta; á su vez la sangre de las arterias del miembro es reemplazada por la de los troncos que les dan orígen, los cuales la toman de otros mayores, estos del corazon, y el corazon de todo el sistema, de lo que se sigue que hay un centro de fluxion en el miembro en que se ha efectuado la sangría y en donde es mas activa la circulacion á expensas de toda la economía. Por lo dicho se ve que constantemente se determina la circulacion hácia el miembro en que se ha ejecutado la sangría, y que no es indiferente el sitio en que esta se efectua, como patentemente se demuestra en la del brazo y pie, siendo la primera un poderoso medicamento en las hemorragias uterinas precursoras del aborto, cuando la segunda frecuentemente lo provoca.

Quinto. *Disminuir la contractilidad y sensibilidad y de consiguiente debilitar la vida.* El sistema nervioso preside á estas dos propiedades, que constituyen la fuerza vital: la sangre que nutre á este sistema nervioso, lo estimula al mismo tiempo á fin de que ejecute sus funciones; así es que, por una bella disposicion, estos dos sistemas se auxilian, se apoyan mútuamente y se excitan en el ejercicio de sus respectivas funciones. El corazon, enviando arterias al cerebro y nervios envía juntamente el nutrimento y la vida indispensables á la ejecucion de sus funciones; y el cerebro enviando nervios á él y á los demas órganos les da la potencia contractil y los hace sensibles: de manera que cualquiera de los dos sistemas que se menoscabe refluye inmediatamente sobre el otro que sufre igual mengua. Por lo dicho comprendemos como es que disminuyendo por medio de la sangría la circulacion de la sangre, minoramos la contractilidad y sensibilidad pertenecientes al sistema nervioso, y desde luego debilitamos la vida.

Sexto. *Disminuir el espasmo.* Este efecto es consecutivo del anterior,

meliùs dicendo, ipse est. Retractione textilium, in quibus maximè ea proprietas evoluta reperitur, semper spasmus producitur, et quamquam hæc infirmitas purè nervosa sit, tamen in plethoricis subjectis communitèr venæ-sectioni succumbit, siquidem phlebotomiâ, ut jam vidimus, constantèr minuitur vitalis contractilitas, ac perconsequens spasmus, qui tantùm in ejus elatione consistit; hinc sua utilitas in herniis strangulatis ac convulsionibus.

Septimum. Tanquam prioris consectarium, *multotiès sudorem evehit.* In statu plethoræ generalis, dùm tergoris capillaria vasa nimis impleta sanguine reperiuntur, ob stimulum quod sanguis affert, eorum bucculas spasmodicè claudunt, ac suam venæ-sectio excitationem minorat, adimendo aliquid sanguinis in eis contenti, ejus extrema semiaperiuntur, et sanguinis portionem gracilem fugere permittunt. Simile accidit, dùm infirmus, influxu phlebotomiæ fecundæ, elanguet, ac sudore madet. Sic in febribus fervidis ac synocalibus venæ-sectio operatur, et quâ non tantùm sanguinis stantis quantitas minuitur, sed etiam in illis morbis affluens ac perutilis sudor promovetur.

Octavum. *Aliquando exhalationem, aliquando absorptionem adauget.* Necessariò exhalationis crementum experiuntur debiles personæ, in quibus capillarium termini, vis defectu contractilis, sanguinis serositatem exire desinunt, cùm illa phlebotomiâ minuatur; ideòque in hydropibus, colliquativis sudoribus, chronicis diarrhæis &ª &ª meritò proscribitur. E contrà fortibus in individuis, ac plethorâ præditis, extrema capillaria sanguine repleta, stimulata sunt, contractaque, verificandam ad exhalationem organi propriæ, ineptia fiunt, ut in acutis phlegmatiis respicimus, ubi inter symptomata in affecta parte ferè absolutus exhalationis defectus apparet. Sic intelligitur quâ ratione in plethoricis individuis ac inflammatis organis absorptio crescit. Quidem, extenta capillaria, et ejus in extremitatibus constricta, ut anteà diximus, neutiquam absorbendi munus exequi possunt, donec venæ-sectio, ea vasa expediens, ad æquilibrii statum non inducat, quod ad ejus effectum requiritur; en ratio quâ in phlegmatiis non solùm vasorum afectûm exoneratio assequitur, sed præterea sanguinis absorptio, qui extra vasa effundi valuit. Eâdem causa individuus qui nupèr phlebotomiam passus est, faciliùs paludis miasmas putridas absorbet, quàm alius qui sanè fortèque, sub iisdem circunstantiis non jacet: primo in casu asserere possumus quamdam vim esse versus centrum, qua absorptio crescit; ac secundo, aliam esse ad peripheriam, exhibitam à sanguinis conatu, miasmas expellente. Quomodo quicunque etenim dormiens, febrim intermittentem faciliùs suscipit, quàm alius vigilans, sic etiam explicare valemus, et eodem modo ille qui aliquid emollientis seu refrigerantis nupèr bibit, quàm alius qui aliquid stimulantis potavit. Nam certè somnus ac emollientia, ut phlebotomia vires deprimentes, absorptionem adaugent, vitæ potentias coarctando, et à peripheria in centrum eas ducendo; cùm vigilia et incitantia ex centro in circumductionem vitam et sanguinem jaculant, sic morbifica agentia repellendo.

ó mas bien, es el mismo. El espasmo es siempre producido por la contraccion de los tejidos en que mas desarrollada se halla esta facultad, y aunque es una enfermedad enteramente nerviosa cede frecuentemente al uso de la sangría en los individuos pletóricos, puesto que, como ya hemos dicho, es un efecto constante de la sangría la diminucion de la contractilidad vital, y por consiguiente la del espasmo que no es mas que una exageracion de aquella; y de aquí su utilidad en las hérnias estranguladas, convulsiones, &c.

Séptimo. Como resultado del anterior, *promueve en muchísimos casos el sudor.* Cuando en un estado pletórico general los vasillos capilares cutáneos encontrándose demasiado henchidos de sangre, cierran espasmódicamente sus boquillas por el estímulo que esta les produce, la sangría desahogándolos de parte de la sangre que contienen disminuye su excitacion, entreábrense sus extremidades y dejan escapar la parte acuosa de la sangre. Un fenómeno análogo sucede cuando despues de una copiosa sangría el paciente se desmaya y se cubre de sudor. Así es como la sangría obra en las fiebres ardientes sinocales, que no solo disminuye la cantidad que de sangre existe, sino que promueve un abundante sudor, tan útil en estas afecciones.

Octavo. *Aumenta la exhalacion en unos casos y la absorcion en otros.* Los individuos débiles en quienes las extremidades de los capilares exhalantes dejan escapar la parte serosa de la sangre por falta de fuerza contractil, al disminuirse esta por la sangría, sufren necesariamente el aumento de la exhalacion: por esto con razon se proscribe en las hidropesías, sudores colicuativos, diarreas crónicas &c. Al contrario en los individuos robustos y pletóricos las extremidades capilares repletas de sangre son estimuladas, y contrayéndose se inhabilitan para ejercer la exhalacion propia del órgano, como lo vemos en las inflamaciones agudas en que uno de los primeros síntomas es la casi total falta de exhalacion en la parte afecta. Por estas razones se comprende como es que aumenta la absorcion en los individuos pletóricos y en los órganos inflamados. A la verdad estando, como ya hemos dicho, distendidos los vasos capilares y constreñidos en sus extremidades, no pueden ejercer la funcion de absorver, en tanto que la sangría desahogándolos, no los traiga al estado de equilibrio necesario para efectuarla; y he aquí por qué en las inflamaciones no solo se consigue con la sangría descargar los vasos afectos, sí que tambien que estos absorvan la sangre que pudo haberse extravasado. Por idéntica razon absorve con mas facilidad un individuo que acaba de ser sangrado los miásmas pútridos de un pantano, que otro robusto que no se encuentra en sus circunstancias: podíamos decir que en el primer caso hay una fuerza hácia el centro que aumenta la absorcion, y en el segundo una hácia la periferia, representada por el empuje de la sangre, que repele los miásmas. Así tambien podemos explicar por qué un individuo durmiendo acoge una calentura intermitente con mayor facilidad que otro despierto, y aquel que acaba de tomar una bebida emoliente ó refrigerante en comparacion de este que la ha tomado estimulante. No hay duda que el sueño y los emolientes, potencias depresivas como la sangría, aumentan la absorcion, angustiando los poderes vitales y dirigiéndolos de la periferia al centro; miéntras que la vigilia y los estimulantes lanzan la sangre y la vida del centro á la circunferencia, repeliendo así los agentes morbíficos.

PHLEBOTOMIA LOCALIS.

Inter hujus ac generalis effectus similitudo datur, sed attamen in eo differunt, quòd secundæ non tantùm ad organum læsum referuntur, sed etiam in totam œconomiam perveniunt, dùm localis effectus in illo præsertim demonstrantur. Cùm inter præcipua phlebotomiæ localis objecta sit exoneratio loci offensi vasorum ferentium sanguinem ; ad hoc profectò implendum, relationes vasculares, aut anastomoses arteriarum, venarumque in memoriam accuratè redigendum. In loco autem, ubi talis applicatur phlebotomia, phlogisticam progignit revulsionem, quam dolore ac hirudinum tumiditate morsuum, aut scarificationum, et rubicundâ areolâ quæ illas circumdat, verè agnoscimus.

PATHOLOGICI STATUS,

IN QUIBUS GENERALIS PHLEBOTOMIA OPORTET.

I. *Plethora:* status, de quo agimus, penè morbus appellari non potest, sed potiùs prædispositio ad illum acquirendum. Individuis enim plethoricis, vehementiùs quàm in normali conditione, omnia munera adhuc exercentur; illis etiam sanguis uber eximiusque invenitur, ac totius organismi hoc potens incitamen, dùm nimium sit, non solùm gravi ægritudine minatur, cuidam ex visceribus summè vascularibus ac necessariis, valdè proximâ ad nocendum, sed etiam cùm in vasorum capacitate contineri non valeat, ea aliquatenùs obducit, eaque plùs naturali concitat, ac vasa, ut suprà diximus, adversus liquidi motus abnormales semper luctando, cujusdam validi phlegmatiam organi ejus nixibus assiduis producunt, aut hæmorrhagiam. Sufficit enim ut in casibus plethoræ ordinetur venæ-sectio, sed quamquam ita non postularent ratio ac principia; ¿ numquid per spontaneam sanguinis egestionem, plethoræ consectaria vitantem, naturam non videmus? In personis ubi hoc fluidum exuberat, frequenter epistaxis apparet, vel quælibet hæmorrhagia, quibus æquilibrium ac requies subsequuntur ; et illæ per naturæ præcautionem, à morbo qui eis impendebat, liberæ fiunt. Medicus ergo assiduus servator, ac constans naturæ imitator futurus est, phlebotomiam, tamquam medium præservans, præscribere debet in iisdem casibus in quibus illa sæpissimè utitur.

II. Alius agnoscitur status, qui quamvis ipsa plethora non est, eam simulat, tamque enixè sicut illa phlebotomiam petit. Talis putatur ille, ubi sanguis quin repluat, nimiò proprietatibus stimulantibus gaudet, vel propter incitantia elementa, quæ simul cum eo circulant, vel ferè plenum serositatis defectum. Ex hoc statu quàm priori ipsa phænomena veniunt, ac parum sanguinis ejici refert, ut refrigerantia et aquosa illi subdentur.

III. Phlebotomia, ut præparans, perutilis etiam est in hominibus, quibus aliqua sufferenda operatio, dummodò hoc in quodam organo essentiali, ac verè delicato, simulque vasculari fiat. Sanguinis inminutio tantùm medici objectum in hisce casibus est: organum ubi quælibet chirurgiae operatio exequitur, post illam inflammari scit, ac sæpiùs subsequentem phlegmatiam, potiùs quàm ipsam operationem, organi periculum adaugere : prorsùs liquidorum affluxum, ac sensibilitatis ac contractilitatis elationem, potentis-

SANGRIA LOCAL.

Sus efectos son semejantes á los de la general, con la diferencia de que los de esta no solo tocan al órgano afecto sino que se extienden á toda la economía; al paso que los de la local dirigen su accion á aquel especialmente. Como una de las principales indicaciones de la sangría local es la de desahogar los vasos sanguíneos de la parte afecta, deben tenerse muy presentes las relaciones vasculares ó anastómosis de los vasos arteriosos y venosos para llenar con utilidad aquella indicacion. Esta sangría produce ademas una revulsion inflamatoria en el punto á que se aplica, efecto que reconocemos por el dolor é hinchazon de las picaduras de las sanguijuelas ó escarificaciones y la areola roja que las rodea.

ESTADOS PATOLOGICOS

EN QUE CONVIENE LA SANGRÍA GENERAL.

1º *Plétora:* el estado que nos ocupa casi no puede llamarse una enfermedad sino una predisposicion á contraerla. En los individuos pletóricos las funciones todas se ejecutan aun con mas actividad que en el estado normal; en ellos la sangre es demasiado abundante y rica, y este poderoso estimulante de todo el organismo, hallándose en demasía, no solo amenaza con una grave enfermedad próxima á ejercer sus estragos en una de las vísceras mas vasculares é importantes, sino que tambien no pudiendo contenerse en la capacidad de los vasos, los obstruye hasta cierto punto, los estimula mas de lo regular, y los vasos, luchando incesantemente contra estos movimientos obnormales del líquido, producen en su esfuerzo continuo la inflamacion de un órgano importante, segun hemos dicho, una hemorragia &c. Basta pues, para que en los casos de plétora se aconseje la sangría; pero aun cuando la razon y los principios así no lo exigiesen, ¿acaso no vemos la naturaleza previniendo los efectos de la plétora por la emision espontánea de sangre? En las personas en que abunda este líquido, con frecuencia se promueve una epistáxis ú otra cualquiera hemorragia á que se siguen el equilibrio y la calma, quedando aquellas por la sabia precaucion de la naturaleza libres del mal que las amenazaba. Luego el médico, que ha de ser siempre observador y constante imitador de la naturaleza, debe prescribir como preservativo la sangría en los mismos casos en que ella con frecuencia la prescribe.

2º Hay otro estado que sin ser la plétora, la simula y reclama como esta imperiosamente la sangría. Tal es aquel en que sin haber superabundancia de sangre, tiene esta propiedades demasiado estimulantes, ya por los principios excitantes que con ella circulan, ya por la falta casi total de su parte serosa. Este estado produce los mismos efectos que el anterior, pues si en el uno la sangre estimula por su cantidad, en el otro estimula por su naturaleza, y conviene extraer un poco de sangre para sustituirle principios refrigerantes y acuosos.

3º Tambien es muy útil la sangría como preparativa en los individuos que van á ser objeto de una operacion, cuando quiera que esta haya de efectuarse en un órgano importante y delicado, al mismo tiempo que vascular. En estos casos el médico no se propone otro fin que disminuir la cantidad de sangre: sabe que el órgano en que se ejecuta una operacion quirúrgica, se inflama despues de ella, y que frecuentemente esta inflamacion subsiguiente compromete mas el órgano que la misma operacion: no ignora que el aflujo de líquidos y la exaltacion de la sensibilidad y la

sima phlegmatiæ stimula esse agnoscit: æquè sciendo has sese invicem incitare, optimè phlebotomiæ opus cernit, quæ priùs sanguinem minoret, vitamque deprimat. Itaque in albuginis operatione respicimus, et usum phlebotomiæ præparantis non solùm utilem, sed necessarium omnes perpendunt.

IV. Quoque in cordis, vasorumque magnorum aneurismatibus venæsectio præcipitur, uno scopo sanguinis massam minuendi. Quamvis minuere cruorem qui vasculare occupat systema, unicè professor intenderet, attamen duplicem effectum assequitur devitandi subsequentem prolationem, quam liquidus ejus volumine parti læsæ afferret, ac concitandi constrictionem, quae vasis sufferenda est, et proindè aneurismatis sacco, ob attenuationem venæ liquidæ, quam conducunt.

V. In hæmorrhagiis phlebotomia præscribitur, ut circulationem in unum punctum dirigat, et ab aliis eam removeat. Inter has et venæ-sectionem magna similitas intercedit: vix discriminantur eò quòd egestio sanguinis in illis spontalis, et in hac artificialis est: in primis cruor à terminis multorum vasorum eggreditur, in secunda ex uno tantùm à nobis aperto. Phænomena autem similia sunt et capillaria vasa multum sanguinis continendo, ejus extrema cedunt, an lacerantur, ac illum erumpere desinunt, in ea ejus proximi majores effundunt, novumque ab illis unde nascuntur, procul dubio accipiunt, et sic deinceps usque in pectus ac œconomiam totam, quæ quidem ad fluxionis locum implendum sanguine conatur. Promptiùs etiam motus ipsi in phlebotomia apparent, nam semper majora sunt vasa à nobis aperta, quàm illa quæ spontè panduntur. Impellere ergo constantèr vidimus cruorem phlebotomiam ac hæmorrhagiam ad locum porrò designatum, in hoc ipso circulationem augendo. ¿Quid enim plùs rationi consentaneum ac securum quàm ægritudini mederi, sistenti verò in sanguinis affluxu ad loci quiddam egestione comitato, per medicamen illum attrahens liquidum et inaniens alio situ, ubi ejus actionem dirigere arbitrariò possumus? In hæmorrhagiis igitur phlebotomiæ nobis ratio demonstrat revellentis profectum, sic textatur experimentum. Sed hæc est morbida conditio qua locus, ubi exequenda venæ-sectio, ampliùs refert. Circulatorii systematis centrum est in corde, huic debet primum sanguis impulsum, ac origo est inde fluxionis intensè abstrahitur centro in organo stabilito in quo residit hæmorrhagia. Magnoperè ergo nobis est curandum ne locemus in eumdem ac istius, fluxûs sensum artificialis, nam tunc morbo favemus pro illi adversando. Itaque inferioribus patrandæ in membris phlebotomiæ sunt, in partium hæmorrhagiis superiorum, organorum scilicet quæ sursum versus à corde posita sunt; et vice versâ: id experientia demonstrat, nam menstrua pedis venæ-sectio adauget, atque brachii suspendit. Phlegmatiis hoc est aptabile et en sola ratio qua super cerebri inflammationes extremitatum venæ-sectio efficatiùs inferiorum operatur.

VI. Phlebotomia in subjectis requiritur, qui eorum complexione ad apoplexim vel apti phthisim fuerint. Quando in eis videntur signa, quæ morbi proximam indicent aggressionem, abs dubio exequi debet subindè; individuis ergo capite magnis, collo brevibus, corpore crassis, ac plethoricis qui gravedinem, vertigines, somnolentiam, aurium patiantur timnitum &[a] præ-

contractilidad son los mas poderosos excitantes de la inflamacion; y sabiendo igualmente que estos recíprocamente se excitan, reconoce en consecuencia la necesidad de una sangría que de antemano disminuya la sangre y apoque la vida. Así vemos en la operacion de la catarata que todos consideran no solo útil, sí tambien indispensable el uso de una sangría preparativa.

4º La sangría tambien se prescribe casi con el solo objeto de disminuir la cantidad de sangre en los aneurismas del corazon y de los grandes vasos. Sin embargo, aunque fuese la intencion exclusiva del profesor menoscabar la sangre que existe en el sistema vascular, obtiene el doble efecto de evitar la subsecuente distension que el líquido por su volúmen causaria en la parte afecta, y de provocar la constriccion que los vasos han de sufrir, y por consiguiente el saco aneurismal, por el adelgazamiento de la vena líquida que conducen.

5º La sangría se ordena con el objeto de dirigir la circulacion á un punto y distraerla de otro en las hemorragias. Guardan estas mucha analogía con la sangría; apenas se diferencian en que la emision sanguínea es en aquellas espontánea, y en esta artificial: en las unas sale la sangre por las extremidades de muchos vasos; en la otra por uno solo que hemos abierto. Pero los fenómenos son semejantes; los vasillos capilares conteniendo mucha sangre ceden en sus extremidades ó se desgarran y la dejan escapar: sus inmediatos mayores vacían la suya en ellos, y reciben otra de los que les dan orígen, y así sucesivamente hasta el corazon y economía en general, la cual se empeña toda para surtir de sangre el punto de fluxion. Verifícanse en la sangría los mismos movimientos aun con mas prontitud, porque el vaso que abrimos es siempre mayor que los que se abren espontáneamente. Vemos, pues, que la sangría y la hemorragia tienen por efecto constante llamar la sangre á una parte determinada aumentando la circulacion en ella. ¿Y qué mas racional ni seguro que curar una enfermedad qué consiste en el aflujo con emision de sangre en un punto por medio de un medicamento que la atrae y la evacua por otro, en donde á nuestro arbitrio podemos dirigir su accion? La razon, pues, nos demuestra la utilidad de la sangría revulsiva en las hemorragias, y la experiencia lo confirma. Pero en ningun estado patológico importa tanto el sitio en que se debe efectuar la sangría como en este. El corazon es el centro del sistema circulatorio, es el que da el primer impulso á la sangre y es el manantial de donde es atraida con fuerza por el centro de fluxion establecido en el órgano en que existe la hemorragia. Debemos, pues, cuidar mucho de no establecer en el mismo sentido de este el de fluxion artificial, porque entónces conspiramos con el mal lejos de antagonizarlo. Así es que en las hemorragias de las partes superiores, esto es, de órganos que están situados del corazon hácia arriba, se deben ejecutar las sangrías en los miembros inferiores, y viceversa: la experiencia lo demuestra, pues, la sangría del pie aumenta el flujo ménstruo y la del brazo lo suspende. Este principio tiene lugar en las flegmasías y no es otra la razon de la mayor eficacia de la sangría de los extremos inferiores en las inflamaciones cerebrales.

6º Es necesaria la sangría en los individuos, que por su conformacion estén predispuestos á la apoplegía ó á la tísis. Cuando en ellos se presentan síntomas que indiquen la próxima invasion del mal, no debe dudarse en practicarla inmediatamente: así en los individuos de cabeza grande, cuello corto, cuerpo grueso y pletóricos, que sienten pesadez de cabeza, vértigos, soñolencia, zumbido de oidos, &c., debe ordenarse sin pérdida

cipienda quàm primùm venæ-sectio; eodem modo ac si sanguinis accidet in angustis pectore personis, rubris genis, cruentâque constitutione ac irritabili sputus, etsi parvus sit, phlebotomia ut verificetur, urgetur quidem. His duobus casibus adhuc infirmitas nec ostenta fuit, vitæque actus satis benè exequuntur ad hoc ut impendatur tam validum medicamen; sed structuram morbo favere medicus agnoscit prudens, ac symptomata, quæ suprà retulimus, incipientem jam exprimere congestionem in organis nimiò essentialibus, illamque per phlebotomiam audentèr devitat.

VII. Ut ejiciatur sanguis, absolutè necessarium, licèt omne morbi genus absit, dummodò operetur agens, velut ictus equidem fortis, adustio &c.ª nobis meritò inspirandi cujusdam phlegmatiæ metum præsentiæ capax. Post talium actionem nobis agentium constat experientiâ, inflammationem partes potiri, quæ subjectæ eorum influxui fuere, etiamque scimus acriorem eò futuram, quò plus vitæ et sanguinis erit, ¿et quod agens potentius ad illam prorsùs abigendam, vel saltem minuendam quàm phlebotomia, quæ quidem vitam attenuat, atque minuit cruoris massam? Donec autem emotio sit, ne illam ordinemus, nobis cavendum est: metus atque terror sedantes sunt potentiæ, quæ sanguinem ex tenuissimis ad se conferendum in vasa magna et in cor propellunt, ac si tunc venæ-sectio ministratur, etiam pauco elicito cruore, deliquium comparet quin scopus sit obtentus, et hinc polypi in corde aliæque ægritudines prodirent, cùm phlegmatia posteà evolveretur ipso robore quàm si vena non fuisset aperta, quia sanguinis quantum fuit parvi ponderis deprômptum. Animum ægri sedare his eventibus optimum habetur, illum evincere conando ejus timorem fundamentis carere, aquæ vas et aliquarum vini guttarum propinare, venamque illi ferire ubi prorsùs in pristinam redactus sit conditionem.

VIII. Pariter exigunt phlebotomiam spasmi, seu fibræ retractus: ideò tantoperè prodest in ramice, et in quibusdam suppressionibus catamenialis fluxùs. Ex uno phlebotomiæ utilitas tunc effectuum pendet constantium, laxatione nempè fibrarum. At hunc effectum eò esse majorem memorandum est, quò promptiùs eruatur sanguis, taliter ut sæpè collapsum progeneret, sicut in strangulata hernia, qua illud momentum ad ejus reductionem maximè idoneum est, proptereaque in phebe brachii ingentissima scissuram perjicere latam oportet et in transversum. Cùm aliquas per dies infirmitas duravit, duabus utilis est causis venæ-sectio, scilicet: fibræ contractione atque phlegmatiâ, quam illa produxit, nam omnibus inflammationem plerasque concludere nervorum ægritudines nobis conscium.

IX. Morbi ubi frequentiùs phlebotomia applicatur, sunt equidem phlegmatiæ, generaliter loquendo. Multas tamen necesse vero in memoriam retineri circunstantias ad eliciendi sanguinis quantitatem fixendum, venæsectionis nempè locum, ejus opportunitatem usûs &c.; omnia enim mutantur juxta individuum, phlegmatiæ genus, organum affectum, atque sympathias quæ hoc fuerint evolutæ &c. Certè quidem phlegmatiæ genus ut præcipua tenetur circumstantia, quæ ampliùs usum phlebotomiæ modificat, inter reliquas nobis ad effectum attendendas; quapropter aliqua exponemus accuratè.

Acutæ vel chronicæ inesse valent phlegmatiæ, quæ magis aut minùs constitutionem afficiant, seu locales merè sint. In duas possumus primas

de tiempo una sangría; lo mismo que si en las personas de pecho estrecho, mejillas rosadas y temperamento sanguíneo é irritable sobreviniere un esputo de sangre, por pequeño que sea se hace urgente practicar una sangría. En ambos casos la dolencia no se ha declarado, y las funciones se efectúan bastante bien para prescribir un medicamento tan activo; pero el médico prudente conoce que la conformacion favorece el mal y que los síntomas que hemos enumerado ya, indican una congestion incipiente en órganos demasiado importantes, delicados y vasculares, y á todo trance la previene por medio de la sangría.

7º Debe extraerse sangre aun cuando no haya enfermedad alguna siempre que obre una causa capaz de hacer temer fundadamente la aparicion de una flegmasía, como un fuerte golpe, una quemadura, &c. La experiencia nos ha enseñado que despues de la accion de semejantes causas las partes sobre que han ejercido su influencia son presa de una inflamacion, y sabemos que ésta será tanto mas viva cuanto mas vida y mas sangre haya, ¿y qué agente mas poderoso para hacerla abortar enteramente, ó minorarla á lo menos, que la sangría, la cual apoca la vida y disminuye la cantidad de sangre? Pero debemos guardarnos de prescribirla en tanto exista la conmocion: el temor, el susto, son potencias depresivas que hacen huir la sangre de los vasos pequeños para refugiarse en el corazon y en los grandes vasos, y si entónces se ordena una sangría, por poca sangre que se saque, viene el desmayo sin haberse conseguido el objeto, y esto daria lugar á concreciones poliposas en el corazon y á otras enfermedades, desarrollándose despues la inflamacion con la misma intensidad que si no se hubiera sangrado, porque la cantidad de sangre extraida fué insignificante. En estos casos lo mejor es calmar el ánimo del paciente, procurando convencerle de que su temor es quimérico, darle un vaso de agua con algunas gotas de vino, y cuando esté enteramente repuesto sangrarle.

8º Demandan tambien la sangría los espasmos ó contracciones de la fibra, por esto es tan útil en la hernia, en algunas supresiones del flujo ménstruo, &c. La conveniencia de la sangría en tales casos se debe á uno de sus efectos constantes que es la relajacion de la fibra. Pero se ha de tener presente que este efecto es tanto mayor cuanto mas prontamente se saque la sangre, de manera que produzca en muchos casos el colapsus, como en la hernia estrangulada, en la que este es el momento mas apropósito para reducirla, y por cuya razon conviene hacer en la vena mas grande del brazo una abertura ancha y al traves. Cuando la enfermedad tiene algunos dias es entónces útil la sangría por dos motivos, á saber: la contraccion de la fibra y la inflamacion que esta ha ocasionado, pues todos sabemos que la mayor parte de las afecciones nerviosas terminan por la flegmasía.

9º Las inflamaciones son las enfermedades en que generalmente hablando, están mas indicadas las sangrías. Con todo, es necesario tener presente una porcion de circunstancias para designar la cantidad de sangre que se ha de extraer, el sitio de la sangría, la oportunidad de su aplicacion, &c., pues todo varia segun el individuo, la especie de inflamacion, el órgano afectado, las simpatías que haya desarrollado, &c. A la verdad que entre todas las circunstancias á que haya de atenderse, es el género de inflamacion la que mas modifica el uso de la sangría y por eso entraremos en algunos pormenores.

Las inflamaciones pueden ser agudas ó crónicas, que afecten mas ó menos la constitucion, ó que sean puramente locales. Las primeras pode-

